SERVASANCTUS TUSCUS DE FAENZA

Italien (?), 3. Viertel 15. Jh.

Seite 98r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8408
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

.III.

Ex hys patet q̃ gracia luminis splendor et radio solari similis ē q̃r sicut ista procedunt a sole materiali ad pulchritudinē aeris sic gracia a sole spiritali ad pulchritudinē anime rationalis Et sicut illa assimilantur sole priuate ut p̃z in nocte. Sic gracia adest anime deo infundente et deest ipso non influente Sicut enim suo modo signa procedunt a primo efficiente sicut radius uel lumen a sole sicut riuulus a fonte sic plantula a radice sicut uita a corde Et sicut sensus a capite Nota q̃ ppetates luceis iam dicte maxime sunt p̃dicabiles de dno saluatore consequenter de sanctissima eius matre et tandem si materia adest de aliis sanctis et maxime de aplis et ecclie doctoribus et magistris :

Q culpa est similis umbre :

XX.

Sed econtra culpa umbre siue tenebris que est luci contraria est valde similima Nam primo tenebre siue umbra uel noxipa q̃ non est aliud q̃ terre umbra est caloris repressiua uel totaliter extincta q̃r culpa lenis ignis caritatis imminuit si mortalis extinguit. Secundo est luminis ablatiua et occultiua quia peccatum nos auferet lumen eternum. Tertio est sterilitatis inductiua q̃r nihil quasi crescit ubi est continuata umbra similiter nec fructificat anima si culpa ē obumbrata. Quarto est serpentum amica et colubrum nutritiua q̃r culpa valde ē diabolo accepta Quinto est maturitatis fructuum tardatiua q̃r et si uenialis culpa gracias non auferat eam tamen retardat eam non hominem ad perfectum adducat. Sexto timoris ē incussiua q̃r qui in culpa ē si stultus non est semper dominas mishaa timet. Septimo ē uia obstructiua et qui in peccatis ē ceciis ē et uiam qua sit emundum non uidet. Octauo umbra ē fugientium in se cutiua et insequentium fugitiua q̃r peccatum semper insequitur fugientes Sic fugit